

C. quand. lic. unic. sin. jud. l. prohibitum. C. de jur. Fisc. l. liceat. C. ad L. Cornel. de Sicar. Phil. Matth. ad l. 176. num. 10. & 11. Obrecht. de necess. defens. cap. 3. num. 8. & seqq. Bocer. de bell. & duell. l. 3. cap. 19. per tot. Gædd. cons. 130. num. 26. Decian. in pract. crim. lib. 7. num. 13. & libr. 12. cap. 9. num. 13. Tutius quippe est gliscentes favillas exstinguere, quàm causæ jam vulneratæ remedium quærere, l. sancimus 5. C. in quib. caus. rest. in integr. l. 1. C. quand. lic. unic. sin. jud.

L.

Forma est ipsa Repressaliarum ὀρθότης seu rectitudo, si scil. 1. à Magistratu summo conceduntur. 2. justitia vel planè denegata, vel malitiosè protracta est, idque planè susq; deq; habitis interpellationib. ac precibus actoris. 3. Læsiō gravissima præcessit, non enim ob quasvis causarū minutias concedendæ, l. si oleum. §. fin. de dol. l. scio. ff. de integr. restit. Damhoud. pr. crim. cap. 98. num. 9. aut exilis liticulæ occasione Reipubl. salus in sinuosos ejusmodi mæandros protinam præcipitanda, argum. l. congruit 13. ff. de off. Præs. Sed quam in gladiatorum cuspide salus quæratur, antè, an aliud huic malo pellendo parari queat antidotum, dispiciendum. Gail. lib. sing. de pign. observ. 2. num. 3. Salus enim populi suprema lex esto & publica utilitas semper antestare debet privato cujusvis commodo, Nov. 39. c. 1. l. unic. §. hæc autem 14. C. de caduc. toll. §. 1. & 2. Inst. de excus. tut. Et Magistratui ad extraordinarium hunc procedendi modum nō secus ac prudenti Medico ad sectiones & ustiones confugiendū, cēsente doctissimo Viro Hippocrate (ita vocatur in l. septimo mense. ff. de stat. hom.) lib. 7. apho. ult. 4. Si contra forenses. 5. Si debitor est solvendo, inanis enim actio est, quam excludit debitoris inopia. 6. Si iis non gravantur personæ speciali privilegio munitæ.

LI.

Materia circa quam sunt personæ & res. Sunt tamen qui *ζηματοληψία* tantum non *ἀνδροληψία*, tolerandam putant Heig. q. 12. n. 36. Sed putârim hoc consilii potiùs quàm necessitatis esse; ut si bonorum copia haberi potest personæ
hac